



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 62. Articuli de matrimonio a Theologis examinati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. cessus ad omnes solemnitates pro suo
A.C. 1563. arbitratu, adeo, ut non possit nova illa
 prohibitio induci, quin Galli irritaren-
 tur, cum ad nihil flecti possent, quod
 dubitationem præseferret de ipsorum
 prærogativa, ac juribus. Enim vero Le-
 gati peculiarem libellum ad id Commen-
 dono tradiderant, dato illi negotio, ut
 exponeret Lunensi Comiti, cuncta stu-
 dia ab ipsis impensa satis non fuisse, ut
 Franciæ Oratores potuissent induci in
 id, quod ipse a se optari Lancelloto
 significaverat: proinde suadebant, ut ipse
 consilium caperet pro sua prudentia, cum
 fortasse præsentia sua eas difficultates
 evincere posset: interim eidem pariter
 nuntiabant, quod supersint impedimen-
 ta fors vix superanda, quæ eveni-
 rent in publicis functionibus Ecclesiæ,
 veluti in ingressu, in exitu, in exci-
 piendo pacis, ac thuris honore, ubi e-
 vitari non possent aperta prærogativæ
 argumenta, unde abs dubio tumultus
 oriretur.

§. LXII.

*Articuli de matrimonio a Theologis
 examinati.*

Pallav. l. 20. Interea Synodi Patres, ac Theologi
c. 4. n. 1. suas prosequebantur congregations,
 atque in reliquis articulis, qui Sacra-
 mentum Matrimonii spectabant, omnino
 coll.

convenere, in duobus tamen dissidebant, Sæcul. XVI.
 quorum primus erat: num quodcunque A.C. 1563.
 inter Christianos conjugium, prout ferme omnes sentiebant, sit Sacramentum, anve ad Sacramenti rationem Sacerdotis benedictio requiratur secundum Guilielmi Parisiensis opinionem, quam pugnabat Simon Vigor, aliquique pauci.

Alter erat, utrum expediret in posterum clandestina matrimonia irritare reddere.

§. LXIII.

*Madrutius Cardinalis Oenipontum
 prefectus, & Commendonus
 adventans.*

Sub idem ferme tempus, seu die decima septima Februarii Madrutius Cardinalis a Cæsare vocatus Oenipontum contendit, cum vero nonnisi ad Comitiorum tempus illuc venire jussus esset, prius Presinonem petiit, indeque veredariis equis Romanorum Regem salutatum ibat, cum hic Oeniponto brevi discessurus esset; hinc suum iter acelerabat, ut unacum Lotharingio Cardinale eo contendere posset, ubi nonnisi quatuor dierum moram trahere, moxque Presinonem usque ad comitiorum initium reverti voluit.

Pallav. c.4.
 u. 2
 Lett. de Visc.
 tom. 2. p. 21.
 & 22.

§. LXIV.